Dilecto filio R. nepoti nostro etc. Quod te scripsisti¹ velle studere Bononiae, nec te reprobare possumus nec probare, cum omne studii sumptum propositum censeatur favorabile, ut aures mulceat audientium, quibus offertur aliquis amator studii vel solo nomine studiosus, quamquam multotiens agatur aliud et aliud simuletur. Sane in dubiis praesumentes in dexteram potius quam sinistram tamen propositum studium, quod ab olim nutrivimus, commendamus. Sed an tuo proposito locus congruat, ipse despice, cum sit ex insolentia modernorum supervacuis expensis obnoxius, ut necessitates alias omittamus, ad quas situs² civitatis invitat, quae in via publica constituta multorum exhibet ibi studentibus praesentiam verecundam³ non obsequentibus, et obsequentibus onerosam. Tuae igitur deliberationi committimus, ut vires tuas fideliter metiaris, nec enim ut papae nepos vivere ibi poteris, et si vixeris ut Raymundus, forsitan a pluribus contempneris. Quod si adeo fortis es animi, ut contempnere scias et valeas te contempni, hic est gradus humilitatis sublimior, ad quod⁴ pauci se iudicant⁵ ascendisse. Et si tibi datum est desuper, refer gratias largitori benevolo gratiarum, alioquin consultius tibi credimus alium locum eligere, proposito tamen laudabili non mutato, nec culpes nuncium de mora diutina, quem ideo detinuimus, ut per eum ordinationem Aniciensis ecclesiae mitteremus. Sed tandem extimavimus melius eam per alium destinari. Datum ut supra.

VI. Obizo, Magister und Arzt.

Die Collection Baluze der Pariser Nationalbibliothek enthält im 55. Bande (fol. 313^b manu s. XVII) eine aus Saint-Victor stammende Grabschrift auf 'einen bedeutenden Arzt' (summus medicus) Obizo, über dessen Lebensschicksale eine gedruckte und eine ungedruckte Urkunde einige Aufschlüsse gewähren.

Respice qui transis et quid sis disce vel unde.

Quod fuimus nunc es, quod sumus illud eris.

Pauper canonicus de divite factus Obizo,

Huic dedit ecclesiae plurima seque Deo,

5 Summus erat medicus, mors sola triumphat in illo,

Cuius adhuc legem nemo cavere potest.

Non potuit medicus sibimet conferre salutem,

Huic igitur medico sit medicina Deus.

Dieser Obizo war, bevor er Kanoniker wurde, mit einer gewissen Genta verheirathet; alsdann liess er sich von ihr scheiden, vereinigte sich aber wieder mit ihr und erhielt bei-

1) 'scripsimus' Hs. 2) 'scito' Hs. 3) 'verecundiam' Hs. 4) So die Hs. 5) 'rejudicant' Hs.

dieser Gelegenheit von seiner Frau reiche Geschenke, unter Anderem einen Weinberg, 'quae fuit Bartholomaei de Musteriolo'. Das ergiebt sich aus der darüber ausgestellten Urkunde, welche sich in dem erwähnten Codex f. 265 findet. Baluze hat sie mit eigener Hand aus 'Annal. S. Vict.' abgeschrieben.

Notum sit omnibus hominibus tam praesentibus quam futuris, quod Genta uxor Obizonis medici, post separationem eorum ante regem Franciae et reginam et multos alios factam in domo Ioannis de Barra iterum reversa ad eundem Obizonem reddidit et donavit per virgam proprio iure, sine ulla conditione, eidem Obizoni et suis heredibus aut cuicumque idem Obizo daret, vineam quae fuit Bartholomaei de Musteriolo et omnia quaecumque eadem Genta habebat in vineis, in domibus, in vadimoniis, in carrucis, in animalibus, et in aliis rebus omnibus sine ulla exceptione. Item clamavit quietum proprio iure praedicto Obizoni et suis heredibus aut cuicumque idem daret, quicquid praefatus Obizo tunc habebat aut unquam habiturus erat. Postea vero praedictus Obizo reddidit in dotem eidem Gentae omnes domos suas quas Parisius habebat. Quam dotem praedicta Genta pro vineis praedictis sibi proprio iure donaverat in eadem domo Ioannis de Barra. Actum est autem hoc in ecclesia beatae Genovefae in civitate anno incarnationis domini nostri Iesu Christi MCXXVIII, regnante Ludovico rege Franciae anno XX.

Etwa zehn Jahre später finden wir diesen Obizo in einer Bulle Innocenz' II. für St.-Victor de Paris erwähnt, Jaffé-Löwenfeld 8069. Aber er wird hier als bereits verstorben bezeichnet und weder 'medicus' noch 'canonicus', sondern einfach 'magister Opizo' genannt. Dass er mit dem Arzt Obizo identisch ist, ergiebt sich mit vollster Gewissheit daraus, dass er dem Kloster St.-Victor 'unum clausum vinearum apud Musteriolum' in seinem Testament vermacht. Man kann nach alledem die Vermuthung aussprechen, dass er in den Jahren 1128—38 sich in das genannte Kloster zurückgezogen habe, um dort seine Tage zu beschliessen.

VII. Verse aus Handschriften der Pariser Nationalbibliothek.

1.

Aus Collection Baluze t. 55 fol. 313, welchem das oben mitgetheilte Epitaph auf Obizo entnommen ist, stammt auch die folgende Grabschrift auf den Italiener Ulrich, der vermuthlich wie jener im Kloster Saint-Victor de Paris gestorben ist (1173).

Quid genus, aut quid honos, quid opes, quid forma,
quid aetas?

Somnia vana, vapor est brevis, umbra fugax.

- Id probat Ulricus, Italarum nobile germen,
 Indole transcendens nobiliore genus.
 5 Ossa recepit humus, animam Deus intulit astris.
 Millenos annos centumque redemptor agebat,
 Septenae decadis tertius annus erat.

2.

Aus ms. lat. 11832 f. g. von einer Hand des 12. Jahrh.

- Dulcis amice vides, pro te quos porto dolores,
 Nil pro me pacior, inmeritus crucior.
 Hic pro te fixus, toto sum corpore tensus,
 Crimina quippe tua, sunt mea supplicia.
 5 Ut tu non pereas, has mortis profero penas;
 Amodo non moreris, vivere si mihi vis.
 Quantumcumque potes, non cesses reddere grates,
 Nam meus iste dolor est tuus altus honor.

Eine Hand des 15. Jahrh. schrieb an den Rand: 'Verba sunt Crucifixi ad christianos, carmine elegiaco'.

3.

Die Handschrift ms. lat. 12681 enthält unter andern Vorarbeiten für die Gallia Christiana die Geschichte des Klosters Engelberg in der Schweiz. Vom Abt Berthold wird gesagt: 'Abbatem S. Iohannis in Thurae' valle resurrectionem corporum negantem egregio libro, qui hodie exstat, solidissimisque rationibus convicit et ad sanio rem mentem revocavit'¹. Das Original dieser noch nicht veröffentlichten Abhandlung befindet sich jetzt im Kloster Einsiedeln³. An die Spitze des Buches setzte ein Verehrer des Abtes Berthold die Verse:

- Omnis homo hic sanctae quamvis studuit fore vi
 Orci post obitum petiit loca, gaudia vi_____ >tae
 Coelestis nec promeruit, donec Deus in_____ >se
 Suscipiens hominem, coeli sic pandere per_____ >se
 5 Regnum dignatur, dum latroni reseca_____ >tur.
 Quique⁴ fidem veram lacerando negare proba_____ >tur.
 Abbas Burchardus nolendo sequi male tardus,
 Dicit enim, prius in coelestia regna bea_____ >tos
 Quam Christus natus passusve sit, esse loca_____ >tos
 10 Contra quem Berchtoldus abbas noster memo_____ >randus
 Cunctis formula virtutum nobis vene_____ >randus
 Scripsit et obstruxit labra callida falsa loqu_____ >entis.
 Undique subruit et conclusit eum, sapi_____ >entis.
 Ore probans reprobum cor tetra venena vom_____ >entis.

1) Burchard, Abt von St. Johann im Thurthale. 2) Vgl. Gall. Chr. V, 1066, Abt Berthold starb 1197, Nov. 3. 3) Liebenau, Versuch einer urkundl. Darstellung des reichsfreien Stifts Engelberg, Luzern 1846, S. 50.
 4) 'Que' Hs.

VIII. Papstbullen in der kgl. Bibliothek zu Berlin.

Es ist bisher gänzlich unbekannt, dass die kgl. Bibliothek eine kleine, aber recht interessante Sammlung von päpstlichen Urkunden aus den J. 1144—1741 besitzt. Es ist noch nicht lange her, dass man in einer Holzkiste, deren Inhalt keine Beachtung fand, etwa 213 italienische Urkunden entdeckte und unter ihnen die erwähnten Papstbullen. Man sah auf den ersten Blick, dass die Urkunden aus Italien stammten, aber keiner der jetzt lebenden Beamten weiss anzugeben, wer sie über die Alpen gebracht hat und auf welchem Wege sie in die kgl. Bibliothek gelangt sind. Prof. Wattenbach dagegen erinnert sich, dass Rumohr, der bekannte Kunsthistoriker, gegen ihn die Absicht ausgesprochen hat, Urkunden, welche er während seines Aufenthalts in Italien und namentlich in Siena erworben hatte, zur Benutzung bei diplomatischen Uebungen der Berliner Bibliothek zu übergeben. Es wäre möglich, dass Pertz, um Reclamationen zu verhüten, sie mit Absicht geheim gehalten hätte. Aber wie dem auch sein mag, die Urkunden gehören eigentlich ins Staatsarchiv von Siena. Denn eine eingehende Prüfung ergiebt, dass sie sammt und sonders die Provinz oder enger den Distrikt betreffen, dessen Mittelpunkt heut zu Tage Siena ist. Das beweisen die Bullen für den Bischof von Siena, oder die für die *Fratres extra portam Senensem*, oder die Bullen für S. Leonardo, oder für den Pfarrer von S. Innocenzo in der Diöcese von Siena, oder für die Grafen von Santafore in Siena oder für S. Salvatore *extra muros Senenses* oder für die Kirche S. Maria delle Grazie in *districtu civitatis Senensis*; das beweist aber vor allem die grosse Masse der notariellen Urkunden, welche von Mitgliedern der berühmten Familie der Piccolomini in Siena oder für dieselben ausgestellt sind. Die Bearbeitung dieser letzteren mag einem Italiener, der sich mit der Geschichte Toscanas oder mit den Vorfahren des Enea Silvio, des späteren Pius II, beschäftigt, vorbehalten bleiben. Uns interessierten ganz besonders die Papstbullen — 48 an Zahl, von denen nur vier (Nr. 10. 16. 17. 20) bekannt, und 44 unbekannt sind; die ersten sechs werden natürlich auch in der neuen Ausgabe der Regesten einen Platz finden. Der Werth der Bullen ist ein um so grösserer, als 45 von ihnen Originale, mit Ausnahme von zweien sehr gut erhaltene Originale, und nur drei — Nr. 17. 31. 34 — ein Transsumpt, ein Vidimus und eine Copie sind.

Die Bedeutung, welche selbst den päpstlichen Privilegien der neueren Zeit beizumessen ist, wird es rechtfertigen, dass die Regesten derselben ebenfalls an dieser Stelle abgedruckt werden.

1) Lucius II. 1144, Mai 6. Laterani.

Ecclesiae S. Leonardi de Lacu Verano, rogatu Rodulfi prioris, protectionem suscipit ac possessiones confirmat u. s. w. Jaffé-Löw. 8595. (II. Non. Maii, Ind. VII, 1144, p. a. 1) — 'Desiderium quod ad'¹.

2) Anastasius IV. 1154, Ian. 23. Laterani.

Ecclesiae S. Leonardi de Lacu Verano, rogatu Rodulfi prioris, tutelam suscipit u. s. w. Jaffé-Löw. 9820 (X. Kal. Feb., Ind. II, 1153, p. a. 1) — 'Quotiens illud a nobis'².

3) Hadrian IV. 1155, März 16. Romae ap. S. Petrum.

Ecclesiae S. Leonardi de Lacu, rogatu Rodulfi prioris etc. wie 23. Jan. 1154. Jaffé-Löw. 10019. (XVII. Kal. Apr., Ind. III,) — 'Effectum iusta postulantibus'³.

4) Alexander III. 1178, Apr. 14. Laterani.

Ecclesiae S. Leonardi de Lacu, rogatu Rodulfi prioris, tutelam suscipit, ac possessiones, decimas, scriptum a. b. m. Walfredo et Rainerio episcopis Senensibus de censu duorum cereorum annuo ecclesiae Senensi praestando confirmat. Qui orationis causa ad S. Leonardum accedant, eos laedi vetat. Fratribus pensionem duorum solidorum Lucensium quotannis Lateranensi palatio persolvendam imponit. (XVIII. Kal. Maii, Ind. XI, 1178, p. a. 19) — 'Quotiens illud a nobis'⁴.

5) Lucius III. 1185, Oct. 9. Veronae.

Ecclesiae S. Leonardi de Lacu, rogatu Iohannis prioris etc. wie 14. Apr. 1178. (VII. Id. Oct., Ind. 4, 1185, p. a. 5) — 'Quotiens a nobis petitur'⁵.

6) Urban III. 1186, Dec. 12. Veronae.

Ecclesiae S. Leonardi de Lacu, rogatu Rolandi prioris etc. wie Apr. 14, 1178. (2 Id. Dec., Ind. V, 1186, p. a. 2) — 'Pie postulatio voluntatis'⁶.

7) Gregor IX. 1227, Juni 8. Anagninae.

S. Martini et S. Vigili prioribus Senensibus scribit, fratres S. Leonardi de Silva de Lacu conquestos esse, quod G. A. et alii laici dioecesis Senensis super nemore quodam eis iniuriarentur. Mandat, ut causam investigent testesque 'qui se gratia, odio vel timore subtraxerint', ad testimonium per censuram adducant. (VI. Id. Iun., p. a. 2) — 'Prior et capitulum'.

1) Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jahrh.: 'Primum privilegium exemptionis S. Leonardi concessum a papa Lucio II'. An der linken unteren Hälfte ist ein Stück herausgeschnitten. 2) Auf der Rückseite: 'Secundum privilegium u. s. w. a papa Anastasio IV'. 3) Auf der Rückseite: 'Tertium privilegium u. s. w. a papa Hadriano IV'. An der rechten unteren Hälfte ist ein Stück abgeschnitten. 4) Auf der Rückseite: 'Quintum privilegium u. s. w. a papa Alexandro III'. Die Originalurkunde Rainers befindet sich im Kasten. 5) Auf der Rückseite: 'Sextum privilegium u. s. w. a papa Lucio III'. 6) Auf der Rückseite: 'Septimum privilegium a papa Urbano III'.

8) Gregorius IX. 1228, Febr. 3. Laterani.

Fratres heremi in Silva de Lacu eorumque possessiones tuendos suscipit ac confirmat. (III. Non. Febr., p. a. 1) — 'Cum a nobis petitur'.

9) Gregorius IX. 1230, Jan. 28. Perusii.

Fratres heremi S. Antonii de Silva vineta, ordinis S. Wilhelmi, eorumque possessiones tuendos suscipit. (V. Kal. Febr., p. a. 3) — 'Cum a nobis petitur'.

10) Innocentius IV. 1244, Mart. 28. Laterani.

Fratribus eremitis in Tuscia etc. wie Potthast 11310. (V. Kal. Apr., p. a. 1) — 'Cum a nobis'.

11) Innocentius IV. 1244, Apr. 19. Laterani¹.

Prioribus fratrum heremitarum in Tuscia ordinis S. Augustini indulget, 'ut volentibus fratrum ordinis sui aggregari collegio, qui suspensionis aut interdicti vel excommunicationum sententiis sint legati, absolutionis beneficium, iuxta formam ecclesiae, impertiantur; ita tamen, quod si aliqui ex eisdem huiusmodi sententiis propter debitum sint astricti, satisfaciant, ut teneantur'. (XIII. Kal. Maii, p. a. 1) — 'Cum ex apostolici'.

12) Innocentius IV. 1252, Apr. 19. Perusii.

Fratribus heremi S. Salvatoris de Silva Laci (!), ord. S. Aug. dioec. Sen., indulget, 'ut ab illis de civitate ac diocesi Senensi, qui extorserunt usuras et inveniri non potest cui sit eorum restitutio facienda, possint usque ad ducentas libras Senensis monetae recipere; non vult autem, quod extortores huiusmodi ad restitutionem aliam teneantur'. (XIII. Kal. Maii, p. a. 9) — 'Necessitatibus vestris'.

13) Innocentius IV. 1252, Mai 26. Perusii.

Priori et fratribus S. Salvatoris de Fultingnano et S. Leonardi de Silva de Lacu, ord. S. Augustini dioec. Senensis, ita scribit: 'Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod dilectus filius, frater Adiutus, generalis visitator fratrum heremitarum, ord. S. Augustini, deputatus a dilecto filio nostro R(icardo) S. Angeli diacono cardinali, cui eiusdem ordinis curam commisimus, heremum S. Leonardi priore vacantem consentientibus fratribus ibidem existentibus, habito diligenti tractatu et proviso, quod ipsa, que plurimum collapsa fuerat, per te, fili prior, posset in melius reformari, heremo S. Salvatoris de Fultignano incorporavit et totaliter cunctavit, ut unum corpus effecte uno capite gubernentur et unum capitulum censeantur'. Cardinalis instrumentum de hac re scriptum confirmat. (VII. Kal. Iun., p. a. 9) — 'Ex parte vestra'.

14) Alexander IV. 1255, Apr. 16. Neapoli.

Episcopo Senensi ecclesiam heremi S. Mariae de Monte

1) Auch auf der Rückseite von einer Hd. saec. XV—XVI: 1244; doch könnte es auch Innoc. V. 1276 sein.

Speculo dedicare disponenti concedit, ut omnibus, qui die dedicationis et anniversario vel infra terminum ab eo praefigendum ad ecclesiam accesserint, indulgentiam porrigat. (XVI. Kal. Maii, p. a. 1) — 'Cum ecclesiam heremi'.

15) Alexander IV. 1255, Jul. 19. Anagninae.

Ecclesiae S. Leonardi de Lacu etc. wie 14. April 1178. (XIII. Kal. Aug., Ind. XIII, 1255, p. a. 1) — 'Pie postulatio voluntatis'¹.

16) Alexander IV. 1256, Apr. 12. Laterani.

Generali et provincialibus etc. wie Potthast 16339 (mit 'Id. Apr.'; unser Original hat II. Id. Apr. p. a. 2) — 'Ut eo fortius'.

17) Alexander IV. 1259, Mart. 15. Anagninae.

Generali ac universis prioribus ord. b. Mariae de Monte Carmeli etc. wie Potthast 17517 (XV. Kal. Apr., p. a. 1) — 'Provisionis nostrae'².

18) Alexander IV. 1259, Mai 26. Anagninae.

Fratribus eremi S. Leonardi Silvelacus indulget, 'ut ad praestandum procuraciones aliquas legatis seu nuntiis apost. sedis eis impositas vel etiam imponendas, ecclesiae Romanae cardinalibus dumtaxat exceptis, minime teneantur nec ad id compelli possint'. Excommunicationis sententias, occasione huius privilegii in eos prolatas, irritas esse vult. (VII. Kal. Iun., p. a. 5) — 'Inducunt nos vestre'.

19) Alexander IV. 1259, Iun. 12. Anagninae.

Plebano S. Innocentii, dioec. Senensis, scribit de indulto fratribus S. Leonardi Silvelacus privilegio, 'ut ad praestandum procuraciones aliquas legatis seu nuntiis apost. sedis eis impositas vel etiam imponendas, Romanae ecclesiae cardinalibus dumtaxat exceptis, minime teneantur'. Hortatur, ut eos ab excommunicationis sententia, occasione huius privilegii in eos prolata, absolvat. (II. Id. Iun., p. a. 5) — 'Religionis dilectorum filiorum'.

20) Urbanus IV. 1261, Dec. 1. Viterbii.

Priori et fratribus extra portam Senensem, ord. S. Mariae de Monte Carmeli etc. wie Potthast 18166. (Kal. Dec., p. a. 1) — 'Devotionis vestrae'.

21) Clemens IV. 1265, Oct. 15. Perusii.

Universos Christi fideles in remissionem peccatorum admonet, ut 'ad ecclesias priorum et fratrum ordinis b. Mariae de Monte Carmeli imploraturi a domino veniam delictorum accedant'. Eis, qui 'in festivitatis b. Virginis et usque ad octavas ipsarum illuc accesserint annuatim 40 dies de iniunctis

1) Auf der Rückseite: 'Tertium decimum privilegium' etc. Erwähnt werden in der Bulle Privilegien von Gregor (VIII), Clemens (III) und Coelestin (III). 2) Transsumpt v. J. 1285.

penitentiis (ad instar Urbani papae) relaxat; praesentibus post triennium minime valituris'. (Id. Oct., p. a. 1) — 'Vite perennis gloria'.

22) Bonifacius IX. 1397, Mart. 23. Romae ap. S. Petrum.

Bartholomaeo Iohanni de comitibus de Sanctaflora de Senis, ord. fratrum heremitarum S. Aug., professori indulget, ut non obstante defectu natalium ad omnes dignitates et officia ordinis ('nec non ad lecturam libri Sententiarum pro honore magisterii in facultate theologica consequendo') promoveri valeat. (X. Kal. Apr., p. a. 8) — 'Religionis zelus'.

23) Gregorius XII. 1407, Mart. 21. Romae ap. S. Petrum.

Ad petitionem Philippi Leonardi prioris et fratrum S. Salvatoris de Silva lacus scripta quaedam fratris Nicolai, prioris generalis, repetit et confirmat. (XII. Kal. Apr., p. a. 1) — 'Cum omnis vera'.

24) Gregor XII. 1407, Sept. 23. Senis.

Philippo Leonardi priore et fratribus S. Salvatoris de Silva lacus petentibus bullam suam datam d. 21. Mart. 1407 repetit et roborat. (IX. Kal. Oct., p. a. 1) — 'Pie postulatio voluntatis'.

25) Gregor XII. 1408, Apr. 3. Lucae.

Domum S. Salvatoris de Silvalacus, iuris S. Petri, in prioratum conventualem per priorem gubernandum erigit quibusque vestimentis induantur etc. statuit. Antonio Bononiensi Gabrieli, electo Senensi et Iohanni electo Ragusino episcopis mandata sua exequenda committit. (III. Non. Apr., p. a. 2) — 'Excitat nostre mentis'.

26) Gregorius XII. 1408, Apr. 3. Lucae.

Florentinum, Grossetanum ac Massanum episcopos de superiore bulla certiores reddit mandatque, ut fratribus S. Salvatoris auxilium praestent. (III. Non. Apr., p. a. 2) — 'Hodie dilectis filiis'.

27) Eugenius IV. 1439, Mart. 14. Florentiae.

Georgio de Tholomaeis aliisque duobus canonicis Senensibus scribit de possessionibus quibusdam (Montealbutio et Cabella) ad conventum S. Salvatoris Silvelacus, alias Liceto, prope Senas pertinentibus. (1438, pr. Id. Mart., p. a. 9) — 'Ad ea ex apostolice'.

28) Eugenius IV. 1439, Dec. 27. Florentiae.

Fratribus domus Licetti concessum a fratre Gerardo de Armino privilegium, ne plus duodecim florenorum annuatim collectoribus persolvant, confirmat. (1439, VI. Kal. Ian., p. a. 9) — 'Ea que pro'.

29) Eugenius IV. 1443, Nov. 28. Romae ap. S. Petrum.

Fratribus S. Salvatoris Silvelacus de Liceto asserit locum S. Trinitatis extra portam burgi Laterini (civ. Senensis), quem a monasterio S. Galgani, ord. Cisterciensis, (dioec. Vulteran.)

in emphyteusim tenuerant. (1443, IV. Kal. Dec., p. a. 13) — 'Sedis apostolice'.

30) Pius II. 1459, Mart. 8. Senis.

Monasterii S. Salvatoris, alias Illiceti, extra muros Senenses, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, possessiones quasdam confirmat. (1458, VIII. Id. Mart., p. a. 1) — 'Circumspecta sedis apostolice'.

31) Pius II. 1460, Mart. 5. Senis.

Thomam Urbani de Picolominibus, scriptorem et cubicularium suum, propter multa in se servitia, 'eiusque germanos eorumque posteros et descendentes legitimos et naturales in futurum in familiam et cognomen nobilium de Picolominibus de Senis . . . recipit' eisque permittit, 'ut arma et insignia . . . eorundem nobilium progeniei de Picolominibus . . . publice et privatim ubilibet' gestent. (1459, III. Non. Mart., p. a. 2) — 'Expertae tuae fidei'¹.

32) Pius II. 1460, Jul. 24. Senis.

Episcopo Clusino in civitate Senensi commoranti mandat, ut domui S. Salvatoris de Illiceto, quae in annuis redditibus ne 125 quidem florenos absque aliqua elemosina habeat, ecclesiam S. Iohannis baptistae de Montecastello incorporet, ut fratres se ipsos sustentare valeant. (1460, IX. Kal. Aug., p. a. 2) — 'Ex iniuncto nobis'.

33) Sixtus IV. 1477, Febr. 13. Romae ap. S. Petrum.

Guglielmo de Bindis, canonico Senensi, mandat, moneat sub excommunicationis poena homines quosdam, ut, quae subtraxerint vel occultaverint, privilegia apostolica fratribus S. Salvatoris de Liceto indulta restituant. (1476, Id. Febr., p. a. 6) — 'Significarunt nobis'.

34) Sixtus IV. 1477, Apr. 1. Romae ap. S. Petrum.

Omnibus ecclesias ordinis S. Mariae de Monte Carmeli certis quibusdam diebus visitantibus indulgentias promittit, petente Christophoro Martignoni dicti ordinis generalis magistri ac sacrae theologiae professoris. Praedecessorum suorum de hac re privilegia confirmat. (1477, Kal. Apr., p. a. 6) — 'Dum attenta meditatione'².

35) Innocentius VIII. 1485, Mai 18. Romae ap. S. Petrum.

Prioribus et fratribus S. Salvatoris Silvelacus de Liccieto, ac S. Leonardi ac S. Mariae de Montispechio et S. Antonii supra balneum Petrioli, domorum societatis de Licieto ord. fr. heremitarum, petentibus bullas Eugenii IV. datas Senis d. 6. Sept. et Romae ap. S. Petrum d. 27. Nov. anni 1443, privilegia quaedam continentes repetit et confirmat. (1485, 15. Kal. Iun. p. a. 1) — 'Provisionis nostre'.

1) Abschrift d. 17. oder 18. Jahrh.

2) Vidimus vom 11. Mai 1490.

Von den Vorgängern werden u. a. erwähnt Leo IV, Adrian II. und Stephan V.

36) Innocentius VIII. 1489, Sept. 8. Romae ap. S. Petrum. Pandulfo de Medicio et Angelo Policiano canonicis Florentinis nuntiat, permittere se, ut in domo a Laurentio de Medicis aedificata fratres heremitae ord. S. Augustini instituantur etc. (1489, VI. Id. Sept., p. a. 5) — 'Piis fidelium votis'.

37) Innocentius VIII. 1490, Mart. 24. Romae ap. S. Petrum.

Francisco, S. Eustachii diacono cardinali, licentiam dat commutandi vel vendendi possessiones, ad commendam eius, sc. praeposituram ecclesiae S. Mariae de Casulis dioec. Volt. pertinentes. (1489, IX. Kal. Apr., p. a. 6) — 'Quanto venerabiles'.

38) Alexander VI. 1493, Febr. 8. Romae ap. S. Petrum.

Episcopo Pientino aliisque scribit, sese Iohanni Andreae de Piccolominibus ecclesiam S. Mariae de Pacina (dioc. Aret.) assignasse. Mandat, in eius possessionem eum inducant. (1492, VI. Id. Febr., p. a. 1) — 'Hodie dilecto'.

39) Alexander VI. 1496, Jan. 13. Romae ap. S. Petrum.

Suanensi et Mutinensi episcopis ac vicario archiepiscopi Senensis in spiritualibus generali scribit, fratres S. Salvatoris de Illiceto, ord. heremitarum S. Augustini dioec. Sen., conquestos esse, quod malignantes nonnulli quosdam libros per Philippum de Gazaia, fratrem dicte domus, latinis litteris et vulgari sermone scriptos nec non fructus etc. aliosque libros, litteras autenticas, instrumenta publica, registra, protocolla, quietantias, recognitiones, testamenta, cedulas, scripturas et alia documenta etc. malignose detineant. Mandat, ut, excommunicatione proposita, ad exhibendam satisfactionem eos adducant. (1495, Id. Ian., p. a. 4) — 'Significarunt nobis'.

40) Julius II. 1509, Mart. 8. Romae ap. S. Petrum.

Archiepiscopo Sipontino, episcopo Bononiensi ac vicario generali archiepiscopi Senensis mandat, hortentur sub excommunicationis poena homines quosdam, ut quae abstulerint domui S. Nicolai Senensis, ord. S. Mariae de Montecarmelo, infra certum terminum reddant. (1508, VIII. Id. Mart. p. a. 6) — 'Significarunt nobis'.

41) Leo X. 1516, Jan. 26. Florentiae.

Iohanni de Peccis canonico Senensi et vicario archiepiscopi Senensis scribit, fratres domus Senensis S. Mariae de Montecarmelo sibi conquestos esse, quod fratres S. Augustini de Leceto extra muros Senenses annuam solutionem tertiae partis unius ducati ab eis iniuste postularent. Mandat, causam investigent ac diiudicent. (1515, VII. Kal. Febr., p. a. 3) — 'Conquesti sunt nobis'.

42) Leo X. 1517, Mart. 10. Romae ap. S. Petrum.

Universos Christi fideles hortatur, ut, cum conventus fratrum ord. Carmelitarum in domo S. Mariae Senensi celebrandus

sit, fratres S. Mariae de facultatibus suis adiuvent, facultatibus eorum non suppetentibus. Remissionem peccatorum aliaque promittit. (1517, die X. Martii, p. a. 4) — 'Cum dilectorum filiorum'.

43) Pius V. 1571, Nov. 24. Romae ap. S. Petrum.

Archiepiscopo Senensi et episcopo Vulterrano et vicariis eorum scribit de detentoribus bonorum domus S. Augustini de Liceto (seu Laceto) (1571, VIII. Kal. Dec., p. a. 6) — 'Significarunt nobis.

44) Gregor XIII. 1582, Nov. 5. Romae ap. S. Petrum.

Indulget, ut quotiens apud altare Crucifixi in ecclesia S. Mariae Senensi, ord. Carmelitarum, missa pro defuncto celebretur, anima eius a purgatorii poenis liberetur. (1582, Non. Nov., p. a. 11) — 'Omnium salutis'.

45) Clemens VIII. 1598, Mai 15. Ferrariae.

Senensi archiepiscopo et Volaterrano ac Collensi episcopis seu eorum vicariis scribit de eadem re ac Pius V. d. 24. Nov. 1571. (1598, Id. Maii, p. a. 7) — 'Significarunt nobis'.

46) Urban VIII. 1644, Febr. 24. Romae ap. S. Petrum.

Ordinationes quasdam pro fratribus ordinis Carmelitarum in provincia Narbonensi degentibus repetit et confirmat. (24. Febr., 1644, p. a. 21) — 'Cum sicut alius'.

47) Alexander VII. 1662, Dec. 23. Romae ap. S. Mariam maiorem.

Omnibus, qui ecclesiam b. Mariae Gratiarum in districtu civitatis Senensis sitam de novo constructam certis quibusdam diebus visitaverint, remissionem peccatorum indulget. (1662, 23. Dec., p. a. 8) — 'Ad augendam fidelium'.

48) Benedict XIV. 1741, Febr. 1. Romae ap. S. Mariam Maiorem.

Propter abusus in eligendis prioribus, visitoribus, diffinitoribus in congregatione Illicetana inductos bullam edit. (Die 1. Febr. 1741, p. a. 1) — 'Commissi nobis divinitus'.
